Caixa B

8/

N.º 8
1673.

Sentença, ou Resposta do Auditor dada em 1673: Em cauza que parece não ser pertencente a Igreja do Loreto; e que se suppoem estivesse entre os papeis do Escrivaõ da Legacia
Jeronimo Lamperoli

VADIER

N.º 20. Caxa O

Snn.ª ou Resposta do Auditor dada em 1673.
Em Cauza que paresse nao ser pertenecente a Igr.ª
de Loreto Eqs. se suppoem estivesse entre os papeis
do Escrivaõ da Legacia Jeronimo Lamperelli

CHIESA ITALIANA DI N. S. DI LORETO LISBONA

Reus appellans habet duos processus distinctos unum Civilem cum Procuratore Mitrę fabricatum super Iure præsentandi, et conferendi beneficia suę Ecclesię, qui in his actis est processus maior, et principalis.

Alterum vero criminalem cum Promotore Iustitię super pœnis, in quas prætenditur incursus ob præsentationem et collationem cuiusdam Beneficij noviissime vacati contra formam Iuris, et constitutionis, qui nunc est processus appensus.

Interposita per d. Reum appellatione commisit mihi Illmus D. Meus Nuntius causam cum clausula con: stito prius de gravamine fol. 84.

Quapropter præparata prius fuerunt acta iuxta stylum super ipso gravamine, et quamvis Reus appellans conatus fuerit ostendere, quod in utroque processu gravamen reciperat, atque ideo utraque causa devolvenda esset ad hoc Tribunal nihilominus emanavit sententia, seu decretum fol. 114. in quo iudicatum fuit non fuisse illatum ullum gravamen quoad processum, et causam civilem cum Procuratore Mitrę, ac proinde quoad illam locum non esse devolutioni.

Quoad vero ad alterum processum appensum, et causam criminalem iudicatum fuit gravatum fuisse Reum ob denegationem Cartę securitatis, ac proinde hanc Causam criminalem devolutam remanere ad hoc Tribunal.

Acquiescente Reo his sententijs, seu Decretis, processum fuit adulteriora super d. causa criminali ita devoluta, ideoque concluso desuper processu examinandum

5

dit an, et quomodo in huiusmodi causa sit iudicandum.

Credere pro nunc nullatenus iudicandum esse super meritis huius causæ criminalis, sed eam esse suspendendam, ut infra dicam.

Siquidem tota contentio inter partes, et scribentes in hac causa criminali est super eo an Reus habeat vel non habeat legitimum ius, et possessionem praesentandi, et conferendi per seipsum beneficia suæ Ecclesiæ, quasi ex negatiua sequi debeat Rei condemnatio, et ex affirmatiua illius absolutio.

Verum super huiusmodi praetenso iure, et possessione Rei præsentandi, et conferendi per se ipsum reperitur introducta ciuiliter causa coram relatione Ecclesiastica, et ad dam ipsomet reo acquiescente illius decisio commissa fuit, ut supra dictum est, et constat ex toto processu principali; ac proinde supersedendum est in iudicando hanc causam criminalem, donec super dictis meritis causa ciuilis iudicetur, cum enim ut dictum est decisio causæ criminalis dependeat ex eodem articulo deducto in causa ciuili, utiq; causa ciuilis est præiudicialis criminalis, ideoq; prius terminari debet suspensa interim criminali Aron Franeto consil. 280. n.o p.o et 2. tot. d.o 124. per tot. post 2.m volumen consiliorum Farinacij.

Crederem itaq; mandandum esse, ut supersedeatur in hac causa criminali, donec dicta causa ciuilis iudicetur. Vlissypone 26. Julij. 1679.

Dominicus Zaregynsky